ANDREÆ GERHARDI, JCTI,

Conſiliarii primùm Saxonici, dein Cancellarii Schvvartzburgici &c.

DISSERTATIONES DE JURE TESTAMENTO-RUM ROMANO,

denuò longè emendatiùs editæ

ac in Illuſtri SALANA

ad diſputandum propoſitæ

à

JOHANNE ANDREA Gerhard/D.

JENÆ,
Typis & Sumptibus GEORGI SENGENVVALDI,
ANNO M DC LX.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA - SALAMANCA

SERENISSIMIS. ATQUE. CELSISSIMIS.
PRINCIPIBUS. AC. DOMINIS.

DN. GUILIELMO.

ET.

DN. ERNESTO.

DUCIBUS.

SAXONIÆ. JULIÆ. CLIVIÆ. AC. BERGÆ.
LANDGRAVIIS. THURINGIÆ.
MARCHIONIBUS. MISNIÆ.
COMITIBUS. IN. MARCA. ET. RAVENSBERG.
RAVENSTENII. DYNASTIS.

PRINCIPIBUS.

JUSTIS. PIIS. MAGNANIMIS.
HEROIBUS.
OMNI. LAUDE. MAJORIBUS.
DOMINIS.
CLEMENTISSIMIS.
FELIX. TRANQUILLUMQUE.
IMPERIUM.

DISSERTATIO I.

De

PERSONIS,

quibus

JUS TESTANDI

competit vel non.

Reſpondente

Georgio Rudolpho Marſchalch/

Equite Thuring.

THESIS. I.

R Erum dominia ex jure Gentium ſunt, & in Republ. neceſſaria; (Ubi enim nulla ſunt privata, quomodo ibi publica?) Fundata hinc poteſtas dominandi atq; diſponendi de rebus ſuis; ſi purè & ſimpliciter, quidni etiam ſub conditione mortis?

(1.) per §. *per traditionem* 40. *Inſt. de rer. diviſ.* junctô tit. *Inſt. de L. fuſ. Canin. toll.* (2) per *l. 1. C. de SS. Eccleſ.* (3) per §. *poſt mortem* 12. *Inſt. de inutil. ſtipul. l. 11. C. de contr. ſtipul. t. t. ff. & C. de donat. mortis cauſa.* Vide *Bl. in L. fœmina* §. *illud C. de ſecund. nupt.*

2. *Unde orta Teſtamenta, ſeu diſpoſitiones de eô, quod quis poſt mortem ſuam fieri velit, quæ proinde & juri adſcribenda gentium.*

(1) per dictam rationem. (2) Naturalis ratio dictat, non ut nobis ſolùm ſed & liberis iisq; qui de nobis benemeriti ſunt, proſpiciamus. *L. 7. ff. Unde liberi.* Ex quâ affectione teſtationes morientium natas eſſe, *ſcribit Cic. de fin.* Iſtud enim qui melius, quàm

teſtan-